

N^o 14

EPITHALAMIA

128

In honorem

Reverendi & præstantissimi Viri,

DN. M. IOHANNIS

von Graben/ Verbi divini apud
Rigenses Ministri fidelissimi;

ET

Nobilis lectissimæq; Virginis,

ELISABETHÆ,

Amplissimi & Consultissimi Viri Dn. IOHAN-
NIS VL RICI, Syndici inclytæ Rigensium
Reipubl. integerrimi vigilantissimiq;

Filix dilectissimæ; exhibita


V. Septembris, Anni M. DC. XIX.

Ab amicis.



RIGÆ, apud NICOLAUM MOLLINUM.

In. N^o 62359



Rdine fatali duo corda ligantur amore
 Sorde Cupidinei non maculata luti.
 Sæpè quis ignotam veniens ignotus in urbem
 Ambit, & hanc superùm munere Sponsus
 Testis Ifacus erit, longa licet urbe remota (habet.
 Cui thalami consors casta Rebecca datur.
 Non opus exemplis, docet experientia, fato
 Coniungi socii fœdera casta thori,
 Vnde satis tritum : fato connubia sunt :
 Quod pia fata volunt, nemo abolere potest.
 Coniugium in fatis : Christus paranympus & auspex
 Ad curas animi nupturientis agit.
 Qui Fescennino polluci haud corpus amore
 Servârunt solidæ virginitatis opes.
 Qui dicit D E U S est : D E U S est qui pauperat : idem
 Eventus thalami prosperitate beat.
 Ergò quòd ex votis talis tibi contigit uxor,
 Acceptum Domino docte Synerge refer.
 Coniuge moratâ meliores, credo, vel ipsum
 Divitias homini vix dare posse D E U M.
 Ex animo voveo : sint ô dirurna, nec ullis
 Interrupta malis gaudia mille tori.

In

ZINÄTNI
 SAMENHALA
 1824
 BIBLIOTHEK
 LAT. III. 10

ZAFB
 R. 2090

224

In sobolem, quam dia dabit miseratio, vestram
 Nomina rursus eant, omina rursus eant.
 Vivite Charmosynes in limine, Numinis alti
 Lumine sub placido : vivite & ite pares.

M. Hermannus Samsonius
 Pastor & Inspector Scholæ.

R Em peragis plenam laudis, dum sancta secutus
 Iussa D E I ducis IANÆ tibi sociam :
 Ut peragat tecum longa bona tempora vita
 Et sit delictum lausq, decusq, tori.
 Quam si fortè petis ? Flos est & nobile germen
 ULRICIÆ stirpis virgo pudore nitens,
 Æmula tota boni, insigni probitate polita
 Quæ reliquis præstat moribus atq, bonis.
 Nam seu splendorem nomenq, à stirpe requiris,
 Lucet honorato clara propago loco.
 Ipse Pater Sanctæ moderatur frena Themistos,
 Vir gravis, insigni strenuitate potens.
 Cujus per varios virtus exercita casus
 Perstat, & haud dubias horret adire vices.
 Illius hinc nomen nullo delebitur ævo,
 Perpete sed clarus laude vehetur honos.
 Matrem seu quaris, laudato sanguine Mater
 Est sata, non ulli quæ probitate minor.

A 2

Mente

Mente DEI leges noctesq; diesq; revolvit,
Et vivit vera religionis amans.
Hæc tu nunc felix præclarâ Sponse puellâ
Donaris, docta quem poliére DEÆ,
Hæc tibi nata fuit soli, tibi venit in usum
Soli, hæc en lateri costa parata tuo est.
Fato junguntur, fato solvuntur amores,
Et quos vult pietas jungit amore pares.
Vos quibus est felix, vos, inquam, vena, Poëta,
Carmineb; vestris hunc celebrate diem:
Laudibus ad summum nova tollite fœdera casti
Connubii, Sponsi & cepta probate sacra.
Quod decet, en addo Sophia præclare Magister,
Pro vobis fundens talia vota DEO:
(Vota valent) DEUS is qui vos conjunxit amantes,
Hic quoq; vos foveat, protegat, ornet, alat.
Innumeros addat vobis viventibus annos,
Vestraq; felici fila tenore trahat.
Vivite, amate diu, vestrum nil turbet amorem
Constans adsit & s̄, flebilis absit & s̄.
Tandem confecti senio cupidiq; resolvi,
Cælestis regni vivite participes.

Johannes Becker Ecclesiæ
Rigenfis Pastor.

Ite

I Te salutatam, clarum virtute Magistrum
Musæ: cui pietas semper amata fuit.
Ite salutatam, celebres virtute Parentes
Sponsæ, qui vera nobilitate vigent.
Ocyus evigilent, non ficto pectore, vota,
Ut DEVS hanc patrio cingat amore domum.
Conjugibusq; novis concedat Nestoris annos,
Et foveat largis, tempus in omne, bonis.
Flectat & illorum, constantem ad, pectora, pacem,
In sese concors ut manet ipse DEVS.
Ut sit tantus amor, reverentia mutua tanta,
Quanta prius nullo tempore visa fuit.
Quid terrenæ precor? Sponso majora precabor,
Quæ mores ornant, ingeniumq; juvant.
Scilicet, ut lætis rerum successibus auctus
In multis, spargat dogmata sancta, locis,
Doctrinæq; pio, cælestis, amore, calere
Pergat: quo sine non, gloria, pondus habet:
Huic meritò cedant Arabum, Cræsiq; talenta,
Quicquid & Oceanus, cultaq; terra tenet.
Veridico, Vates prædixit cuncta perire,
Ore, perit vulgus mobile, quicquid amat.
Et pereunt gemmæ, pereunt sublimia Regum
Tecta, peritq; cito, gloria vana, pede.
Sed stabit pietas, nullum moritura per ævum,
Hæc ferrum, silices, hæc adamantæ terit.

A 3

Quæ

Quæ tibi dum curæ est, meritò audis, Sponse, beatus,
Nec gravibus cedis prosperitate viris;
Omnibus ante oculos versantur signa favoris,
Quo velit omnipotens te decorare DEUS,
Annon te recreat celebri clarissima fama
Virgo, tui quòd sit facta marita tori?
Ecce venit dives, pia, casta, pudica, decora,
In vita ut tibi sit, fidaq; morte comes.
Munera, pol numeros excedunt, docte Magister,
Quæ tibi contingunt ex bonitate DEI.
Non memorem, talis quòd sit facundia linguæ,
Qualis Nestorei gratia mellis erat.
Quod superest igitur feliciter utere donis,
Atq; doce votum posse velere meum.

Rötgerus Neiner
à Sacris Rigenfium.

Qua nova tam celebri Rigenfem fama per urbem
Tollitur applaufu & quis novus hofpes erit;
Qui tantis populum gratantem laudibus implet?
Vir meritis clarus, Vir pietate gravis.
Cujus fama, decus, constantia, gloria magna
Per totam Rigam, debita, parta, volant.
Quid? cujus doctrina, fides, prudentia, virtus,
In rebus variis, fæpe probata viris.

Te

Te generis Splendor, latus qui concutis alas,
Compello latus, qui facienda facis.
Teq; deus patria, nec me fententia fallat,
Cum genero fido gaudia magna pares.
O fuaavis frater, cor fuaave, O fuaavis Amice,
Depofeis toto talia corde tuo!
Nobile par quoq; depofces virtutis a vita
Pramia non folùm, fed pietatis opus!
Unde tuas laudes circum lateq; per oras,
Cantabit magnus fortiter ipfe Linus.
Nobile Conjugium, perquam Reverende Magifter,
Ut fluat ex animo, nunc juvet ipfe DEUS.

Et hoc in veris dicitur fentit & precatur

M. Aggeus Friderici
Scholæ Rig. Reftor.

QVEM TU, CHRISTE, tibi femel
Devotum placido lumine ceperis,
Illum fæva Cupidinis
Non mater vetitis torret amoribus,
Vitantem angue nocentius
Voces mælle litas, retiaq; & dolos,
Quos menti bonæ Erotium
Tendit mille modis: tarda nec ultio
Per vicos, per & undiq;,
Quod turpi dederit frena licentiæ,

A 4

Differt

Differt compita pipulo,

Sed qui castus amor non calet obvia

Flammâ, uni Veneri unice

Addictum validâ compede continet,

GRAVI, repudor unguibus

A primis juvenem finxit amabilem,

Et nunc grande decus viro

Morum conciliat sancta modestia,

Quodq; audis Patriæ sacer

Præco, dia ferens iussa ter optimi

IOVÆ: idem igniculum tibi

Purum illum penitis implicat ossibus,

Quo prolem face mutuâ

ULRICI generosam uris ELISABEN,

O, qui uno jugo amantium

Cogis par geminum, Virginis integræ

Fili, ð, his Pylî quoq;

Donature senis, si placeat, nives!

Totum muneris hoc tui est,

Quod seros dabitur cernere posteros,

Casti gaudia connubi:

Totum, quod benè habebunt, benè agent,
tuum est.

Arnoldus Cuperus
ConRector.

Iuridi-

Iuridicina, Sion, divini Codicis umbra

Iustiniano cum Codice pralia semper,

Pralia sæva ferè semper gessere, nec unâ

Sede morabantur: sunt certè rarò morata.

Iuridicina suo plerumq; superba decore,

Non adeò vultu dignata videre benigno est,

Qui penetrare sacri rectâ ad penetralia Verbi

Conantur, populiq; poli qui semina spargunt.

Nempe putabantur mysteria dia secantes

Simplicitate suâ Iuris splendore minores.

Non tulit errorem vulgi hunc, ULRICIA VIRTUS,

Non tulit errorem vulgi: vulgaria vulgus

Nempe sapit: sapiunt aliter cata pectora: nòrunt

Quantum jura Sion, quantum Digesta vetusti

Atq; novi exsuperet lex Biblica Fœderis: est huic

Majestas major: licet utraq; laude coruscant

Ista suâ; ut nòrunt queis lava mamilla salivit.

Non tulit errorem vulgi hunc, ULRICIA VIRTUS:

Esto Gener, dixit, GRAVI doctissime, noster:

Iuridicina, Sion, coeant in fœdera: vulgi

Corruat exemplo hoc sententia stulta: Jehova

Lex est humana Canonum certissima vita

Norma: sequantur eam Iuris Digesta necesse est,

Aut non digesta, at magis indigesta vocentur.

I tu præ, GRAVI, handinvita sequetur ELISA.

Copula sit felix isthac! Pia Numina Nuptos

Nexibus

Nexibus irrupta fidei, & concordia abena
Sub juga firma jugent Tada, quò in corpore bino
Spiret ab unâ animâ aura animi unius inq; perennans!
Et thalami fecundum optatâ in pace novale
Multiplicem tenero producat germine prolem!

Observantia ergò deproperabat

SubConrector.

AD REVERENDUM ET PRÆSTAN-
tissimum Dn. Sponsum.

Parodia ex primo Carmine catulli.

Q Vi tradet lepidam probam Napæam,
Rubenti modò murice expeditam,
VLRICI decus illud æstimatum?
O GRAVI! Genero tibi futuro;
Qui nomen Soceri tui suesti
Quantivis pretii putare jam tum,
Cum sacrum sophos aptus *Albimontè*
Sumsti laudis adóream Magistræ,
Diam mehercule & elegantiozem!
Quarè habe decus hoc Puellularum
Singularè quidem; tuo in cubili
Plus uno vigeat perenne seclo,

Deproperabat

Johannes Gamper.

D Vplice (memoro) vice terete tibi, Domine Craven,
agibilia pede metra canere
mihi prius animus erat.
Semel, ubi nitida, veluti lepida viola, mitra,
Studia Philosophica sacra sua
precia tibi dare, norat.
Dein' ut (uti, cum ab itinere, ubi patria tua nitee
regio, maneo, nihil ita minus
ratus, oculo ego video)
Celebria, patula, avida R I G Æ habita domicilia
Cathedraq; , sibi te hilarè capere
colereq; Diaconum, ovar.
Sed inhabilis animi hebes, alibiq; malè timidus
Pudor etiam & etiam opus aliquod
tenue facere vetuit.
Hic ad alia gravia vicia, pecudibus hominem
Similimum utiq; facere solita,
parum & abeat & adeat:
Ut amor, Amotherus & heri & hodie in animalibus,
tibi qua, neq; cum inope Charite,
latera modo redimit.
Igitur ad ea nova inita sacra tibi, bone GRAVEN,
prece meâ ego minus hodie adero,
religio mihi maneat.
Sed hilariter & amnicus ita volo voveoq;,
ut numerus hic, ab homine licet
tibi parili alius, habeat.
Age placida placitaq; socia, comes, ovis, avis,
Cunido, volupe, cor, animulaq;
GRAVIO ELISA sua fiet.
Age, thalamus tuus ita vigeat, ita vireat,
ut alacria tripudia sobolis
agere numerus aveat:
Cui facile in initio animus aciem ad ea simul
facinora, qua agere genitor amat,
ad iperiat & acuat.
Ut abolitaq; inq; miseria vaga, mala lacryma
minor na, quibus hominibus inhiat
Diabolus, & ibi D E V S

abigitur

abigitur, odia fera, mera onera, neq; cieat,
neq; merita bona, beneficia
Quali reciproca, inhibeat?

Lucas Ecstormius Walken-
redâ-Cherujcus.

Ex Græco.

Ille mihi felix & faustus habebitur idem,
Cujus in it placidum Sponta pudica thorum;
Cujus & in pari non dispar gratia lecto
Attalicâ melior conditione, tuit.
Talis amatur amans à tali Conjuge Coniux,
Ac sentit vitæ commoda multa suæ:
Ille suas recoquens eum fert, incommoda, curas;
Illa fugat curas dulce tonante joco.
Si vult hic rerum recto stent singula talo;
Hæc facit apposita ut sint benè quæq; loco.
Nonne tuo similis se foenerat, ecce, cubili
Sponse! Marita, pari quæ decorata bono;
Sic est: esse probant & res & Riga, suarum
Quas testes laudum dulcis ELISA gerit:
Magnum est, rem, civem, testes virtutis habere;
Majus virtutem mēhercule ferre domum.
Ergo mihi felix & faustus habeberis idem:
Hæc quoq; Nectareo sparta liquore fluet:
Ipse DEUS, thalamum qui dotibus ornat & auget,
Conjugio vestro prospera quæq; dabit.
Vivite felices! & plures Nestore cano
Denumerate dies, annumerate thoro:
Nec sine prole thorus maneat; sit, palam istas
Quæ cingat mensas, annua progenies.

ὁ μακρὸς ἡ ἰθαλακὸς παρὰ τὸν

Caspar Alberti Warsenbergâ Sil.



843233

LU Akad. bibl.



817002294